Quelle: https://manuscripta.at/?ID=1002
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



298

sicut et ceteri qui spem non habent. Si enim credimus quod
ihesus mortuus est et resurrexit ita et eos qui dormi-
unt per ihesum adducet cum eo. Hoc enim vobis di-
cimus in verbo domini: quia nos qui viuimus qui
residui sumus in aduentum domini non preuenie-
mus eos qui dormierunt quia ipse dominus in iussu et in
voce archangeli et in tuba descendet de celo: et mor-
tui qui in xpo sunt resurgent primi. Deinde nos
qui viuimus: qui relinquimur simul rapiemur
cum illis in nubibus ob viam xpo in aera et sic sem-
per cum domino erimus. Itaque consolamini in vicem ob
In illo tpe. Dixit d. i. d. s. Sin iohannem cap. 5
Amen amen dico: quia venit hora et nunc est qu-
do mortui audient vocem filii dei. et qui audierint
viuent. Sicut enim pater habet vitam in semetipso: sic
dedit et filio habere vitam in semetipso. Et potestatem dedit
ei iudicium facere: quia filius hominis est. Nolite mi-
rari hoc. quia venit hora et nunc est: in qua omnes
qui in monumentis sunt audient vocem eius. Et pro-
dient qui bona fecerunt in resurrectionem vite: qui vero
mala egerunt in resurrectionem iudicii. Ad corinthios i. c. 15
Fratres. Sicut portauimus ymaginem terreni:
portemus et ymaginem celestis. Hoc autem
dico fratres: quia caro et sanguis regnum dei possidere
non possunt nec corruptio incorruptelam possidebit.
Ecce mysterium vobis dico. Omnes quidem resur-
gemus sed non omnes immutabimur. In momento
in ictu oculi: in nouissima tuba. Canet enim tuba:
et mortui resurgent incorrupti et nos immutabimur.
Oportet enim corruptibile hoc induere incorruptionem